



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**S. Francisci Xaverii E Societate Iesv Indiarvm Apostoli
Novarvm Epistolarvm Libri Septem**

Francisco <de Javier>

Romæ, 1667

Epistola VIII. Patribus Gaspari Barzæo, Balthasari Gago Et Iacobo Carvallio.
Goam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46129](#)

II
ffima
rim
disc
Socie
m sub
prop
ffioni
le tibi
ed di
d ple
te in
ijsdem

NOVARVM EPIST.Lib.5. 429

E P I S T O L A V I I I.

PATRIBVS GASPARI BARZÆO , BAL-
THASARI GAGO ET IACO-
BO CARVALLIO .
GOAM .

*Gratia & Amor Domini Nostri Iesu Christi
ad sit semper nobis auxilio &
favore. Amen.*

CVm in his Iaponiæ Regnis præsens ani-
madvertam dispositionem optimam ad
insignem profectum Nostræ Sanctæ Fidei ; &
aliunde memoriâ repetam inflammata deside-
ria quibus dudum æstuatis Divinæ promo-
vendæ gloriæ , adiuvandis Proximis in sua-
rum inueniendâ salute animarum ; in eam
fiduciam ingressus sum ut sperarem , pro ea
quam vestri habeo notitiâ , non defuturam
vobis , Deo Domino Nostro iuvante , virtu-
tem atque Humilitatem interiorem , quarum
ope ac præsidio possitis efficere quod cupitis ,
& antiquorum aliquando fieri compotes vo-
torum . Mando itaque vobis in virtute San-
ctæ Obedientiæ , ad vestrum maius meri-
tum ,

PI.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

430 S.FRANCISCI XAVERII

tum, vt, nisi quemquam vestrum valetudo
impedit, Vos, Magister Gaspar, Balthasar
Gage, & Iacobe Carvalli, veniatis in Iapo-
niam, vbi ego sum, mox iturus, Deo iuvan-
te, Meacum; ubi, ut spero, me reperietis.
Vos verò Balthasar Gage & Iacobe Carvalli,
toto itinere obedietis Magistro Gaspari, de-
cuius Prudentiā & Humilitate confido, fun-
cturum illum tali Præfecturā, quā par est
attentione ac diligentia. Quia certissimum
habeo, vos, statim vt hæc videritis, nullam
moram hūc proficisciendi facturos, sic sua-
dente perspectissimā mihi vestrā omnium re-
ligione, ac perfectione mentis ad obedien-
dum, vel cum mortis periculo, paratissimæ
amore illius, qui prior factus est pro nobis
obediens usque ad mortem, nihil iam dictis
addam, quod ad vos & iter hoc vestrum
attinet, sperans vos, Deo deducente, salvos
hīc mihi atque incolumes brevi sistendos.
Scribebat hæc manu propriā Vester ac Vestrī
amantissimus in Christo frater, Cangoxima
Nonis Novembbris, Anno ccccix.

Franciscus.

EPI.

